

debat, quod manus sinistra cegerrime  
subtraxerat. Quis unquam TE vidit  
præsentem, quin erumpentes intus ar-  
dentis amoris divini igniculos senti-  
ret, & ipse ad devotionem accende-  
retur. Nec necessariam corpori refe-  
ctionem indulgere volebas absque rarif-  
simo virtutis exemplo, dum propriis im-  
pensis conduxisti, qui TUUM & alteri-  
us Con-Canonici, itidem virtutibus ac  
scientiis excultissimi, tunc Convivæ TUI,  
frugalem cibum & potum pia lectione  
condiret; ut hinc mirum non sit, quod  
communi omnium voce Canonicus fan-  
ctus vocitareris. Quid non egisti di-  
gnitate Decani auctus, ut debitum Lau-  
dibus divinis fervorem, sacram cere-  
monii

monii Ecclesiæ majestatem, suumque  
psalmodicæ ac cantui ecclesiastico decorem  
restitueres, indecentemque deproperatio-  
nem procul arceres, frustra ringentibus  
Profanis, qui non sapiunt, quæ Dei sunt?  
Si jam contemplemur TE Episcopum, quam  
immensus sacrarum actionum cumulus se  
nostros ponit ob oculos! Unius solius memi-  
nisse liceat. Quinquies uno eodemque die  
vidimus TE Sacramentum Confirmationis  
conferentem rurali plebeculæ, præmissa  
semper satis proluxa oratione de præpa-  
ratione ad illud, de virtute ac effectibus  
Sacramenti, de gratia illius conservanda  
ac magis roboranda, de vita ad præscri-  
ptum Sacramenti instituenda, de obliga-  
tione patrinatorum &c. Quam profunde

corda audientium penetraverint verba EPISCOPI, copiose defluentes ex oculis testabantur lacrymæ. Quanta mansuetudine adultiores quosdam, necdum eo die confessos, ad sacrum Tribunal & ad Mensam eucharisticam amandabas, sicque a peccatis mundatos redire jubebas; nimirum omnes aut innocentes aut sanctos volebas, pro TUA scilicet CONFERENTIS sanctitate. Denique, ne longior sim, quis unquam TE vidit SACERDOTE MAGNUM, in summa humilitate & ardentissimo mentis fervore ad aram stantem, Deumque Deo immolantem; & non sacro horrore, intima commovente viscera, penitus se obrutum sensit? O ut adessent CELEBRANTI sacrificuli nostri, quorum

rum numerus infaustissimis hisce temporibus indies augetur (nec eos, pro dolor! eximere licet, qui nomen Religiosorum sibi usurpant) quibus tremendum Missæ sacrificium, infinitum Redemptionis nostræ pretium, vilescit adeo, ut primarium ac sanctissimum Sacerdotis negotium habeant ceu abjectissimum; ut Deo, pro peccatis nostris sese offerenti victimam, vix, ac ne vix quidem per horæ quadrantem conversari libeat, cum turpissima profanatione rei sacratissimæ, ac enormi scandalo populi! O ut a sancto Episcopo Sancta sancte tractare ediscerent! Jam sinam TE, Episcoporum ac Sacerdotum Exemplar! Sanctum ulterius pro Sanctitate laborare, quotidianas, ut diutissime, sanus ac

inco-

*incolumis, sic laborare queas, ad Deum  
preces offerens, demississimeque rogans,  
ut Benedictionem Episcopalem mihi im-  
pertiaris.*

*Servus humillimus  
Versor,*

Ad



Ad Lectorem.

**D**ictionariorum, in omni bonarum litterarum genere reperibilium, utilitas in hoc maxime *Lexicorum Sæculo* vel ex ipsa eorum multitudine argui posse videtur; ni fors multa commode & in compendio, breviter ac eo ipso leviter sciendi prurigo sit, in qua omne eorum encomium fundatur. *Ejusmodi compilationes*, inquit Abbas de CASTRES, in *tribus Sæculis Litteraturæ Gallicæ*. Tom. 3. pag. 158. *si non excellunt merito, prærogativa saltem utilitatis gaudent.* Compiler præsentis *Dictionarii Casuum Conscientiæ*, qui in editionibus gallicis latere voluit, est D. FRANCISCUS MORENAS, Historiographus Avinionensis, Vir quamplurimis, quæ edidit, Scriptis clarissimus, ut testantur supra laudatus Abbas de CASTRES l. c. & AUTHOR *Franciæ Litterariæ*, Edit. Paris. Tom. 1. pag. 347. & Tom. 2. pag. 201. Complectitur autem hoc *Dictionarium* l. Casus omnes D. JOANNIS PONTAS, Juris canonici Doctoris,

foris, & Ecclesiæ Parisinæ Subpoenitentiarii,  
 tribus vastissimis Tomis in *folio* sæpius jam  
 gallice editos, sæpiusque ac a pluribus in  
 idioma latinum translatos. 2. Casus Con-  
 scientiæ reales, a duobus potissimum Sorbonæ  
 Doctoribus DE LAMET & FROMAGEAU  
 decisos, ac duobus Tomis in *folio* compre-  
 hensos, itidem ex idiomate gallico, quo  
 Parisiis prodierunt, latine redditos, infau-  
 sta licet anonymo Interpreti Minerva, &  
 anno 1753. Venetiis excusos. 3. Casus deni-  
 que Conscientiæ, propositos ac resolutos de  
 mandato Eminentissimi Cardinalis PROSPE-  
 RI LAMBERTINI, postea Papæ BENEDI-  
 CTI XIV., qui in hoc *Dictionario* denotantur  
 per subjectas litteras C. B. i. e. *Casus Bononi-  
 enses*. Utrum, & quam partem in hisse Ca-  
 sibus habuerit eruditissimus hic Pontifex,  
 ex ipsa laxitate Responsonum, nequaquam  
 cum melioribus ac solidissimis Ejusdem Prin-  
 cipiis coherentium, dubium relinquitur.  
 Perbene BIBLIOTHECA NOVA ECCLE-  
 SIASTICA FRIBURGENSIS, Vol. 5. Fasci-  
 culo 3. pag. 396. hæc advertit: *Exploratum  
 est inter Eruditos, occurrere in illis Conscien-  
 tiæ Casibus bona mixta malis; neque deesse talia,*  
*quæ*

*quæ adversa fronte secum pugnent.* Additur,  
 licet rarissime, in hac Editione quandoque  
 Casus vel Animadversio ex *Conferentiis Ande-  
 gavensibus*, quod per litteras C. A. indicatur.  
 De cætero subjicitur in hac *secunda* Edi-  
 tione vix non cuilibet Responsoni ratio,  
 sic decidendi; cum in *prima* Editione fre-  
 quentissime breviter ac nude responsum fue-  
 rit: *ita vel non.* Et hoc est, si & plures  
*Notas* comprehendas, in quo maxime hujus  
*secunda* Editionis augmentum consistit. Va-  
 le, Lector! & laborem hunc, qualemcum-  
 que demum, boni consule.



## APPBROBATIO.

Cum præsens *Dictionarium Casuum Conscientiæ*, ex idiomate gallico latine redditum, & præter Notas R. D. *EUSEBII AMORT* novis Accessionibus illustratum, nihil contra fidem & bonos mores contineat, & varias difficultates in controversiis moralibus elucidet; illud non solum reimprimendum, sed omnibus Sacerdotibus, qui ad animarum curam incumbunt, commendandum censeo.

Augustæ Vindelicorum, die 19. Februarii. 1784.

*Imprimatur.*

*Datum ex Reverendiss. Vicariatu.*

*Aug. Vind. die 19. Febr. 1784.*

THOMAS JOS. de HAIDEN,  
J. U. D. Eminentiss. & Sereniss. D. D. Archiepisc. Elect. Trev. Episc. August. Consiliarius eccles. & Provicarius in Spiritualibus generalis.

JOSEPHUS ANT. STEINER,  
S. T. D. Eminentiss. & Sereniss. D. D. Archiepisc. Elect. Trev. Episc. August. Consiliarius eccles. major Poenitent. Consist. Assessor, Visitat. gen. ad insign. colleg. Eccles. S. Maurit. Canonicus, & Librorum Censor.

Elen-

## Elenchus Articulorum

*Tomi I.*

*A.*

- Abbas.* Pag. 1  
*Abbatia.* 9  
*Abbatissa.* 10  
*Ablutio.* Vide *Missa.* Tomo II. p. 471. Casu 1. 2. 3. 4. 5. 6. 22. 27  
*Abortus.* 17  
*Absolutio.* 19  
*Abstinencia.* 43  
*Acceptio Personarum.* 44  
*Accusator* five *Accor.* 45  
*Accusatus.* Vid. *Reus.* Tom. III. p. 368.  
*Adoptio.* Vid. *Impedimentum Cognationis legalis.* Tom. II. p. 119.  
*Adulatio.* 47  
*Adulterium.* 49  
*Advocatus.* 59  
*Affinitas.* Vid. *Impedimentum Affinitatis.* Tom. II. p. 121.  
*Albinatus.* 62  
*Alienatio.* 63  
*Altare.* 64  
*Altare privilegiatum.* 66  
*Ambitio.* 67  
*Amor.* Vid. *Charitas.* 250  
*Anglicanus Presbyter conversus.* 68  
*Annata diocesana.* 68  
*Annunciata.* 71  
*Antichresis.* 71

XX

*Anti-*

*Antidatum.* Vid. *Datum.* 404  
*Apparitor.* 71  
*Appellatio.* 73  
*Approbatio.* 82  
*Arbiter.* 90  
*Archidiaconus.* 95  
*Archipresbyter.* 99  
*Arma.* Vid. *Clericus.* 267. *Casu* 7.  
*Aspectus.* 100  
*Asscuratio.* 02  
*Associatio.* 103  
*Astrologia judiciaria.* 103  
*Attentio.* 104  
*Avaritia.* 105  
*Augurium.* 106

## B.

*Baptismus.* 106  
*Bellum.* 125  
*Benedictio.* 129  
*Beneficiatus.* 130  
*Beneficium.* 140  
*Blasphemia.* 159  
*Bona ecclesiastica.* 162  
*Bona temporalia.* 163  
*Breve Poenitentiarie.* 164  
*Breve regium & Brevetarius.* 168  
*Breviarium.* 169

## C.

*Ceremonie sacramentales.* 170  
*Calix.* 171  
*Calumnia.* 172  
*Camaldulenses.* 174

*Campfor.*

*Campfor.* 174  
*Canadenses.* 175  
*Canonicus.* 175  
*Canonicus regularis.* 188  
*Canonissa.* 188  
*Cantor.* 190  
*Capella.* 191  
*Capellania.* 191  
*Capellanus.* 192  
*Capellanus regius.* Vid. *Simonia.* Tom. III. p. 429. *Casu* 48.  
*Capitaneus.* 194  
*Capitulum.* 196  
*Captivus.* 203  
*Capucinus.* 203  
*Cassa stipendiaria.* 203  
*Casus reservati.* 205  
*Catholicus.* 218  
*Caupo & Caupona.* 218  
*Cautio.* Vid. *Fidejussor.* Tom. II. p. 7.  
*Celebrans.* 220  
*Censura.* 127  
*Census ex mutuo.* 234  
*Census Censuum.* 242  
*Cessio Bonorum.* 245  
*Charitas.* 250  
*Choreæ.* 261  
*Circumstantia.* 265  
*Clandestinitas.* Vid. *Impedimentum Clandestinitatis.* Tom. II. p. 136.  
*Clausura Monasteriorum.* 265  
*Clericus.* 267  
*Cœmeterium.* 272  
*Cogitatio.* 272

)( ) 2

Colla-

- Collatio. Vid. *Sejunium*. Tom. II. p. 79. Casu 17. & seq.
- Collatio Beneficii. 274
- Collator. 279
- Commenda Melitensis. 283
- Commercium. 283
- Commissarius Justitiæ. 283
- Commodatum. 284
- Communio Honorum. 288
- Communio sacramentalis. 291
- Comœdia. 309
- Compensatio. 311
- Conceptio B. V. 319
- Concionator. 320
- Concubinarium. 324
- Conductio & Conductor. Vid. *Locatio*. Tom. II. p. 373.
- Confessarius. 324
- Confessio. 340
- Confidentia. Vid. *Simonia confidentialis*. Tom. III. p. 470.
- Confirmatio. 372
- Conjuratio. 376
- Consanguinitas. Vid. *Impedimentum Cognationis carnalis*. Tom. II. p. 112.
- Conscientia. 376
- Consecratio. 378
- Consiliarius. Vid. *Clericus*. 267. Casu 4. Item: *Judex* Tom. II. p. 293.
- Constitutio. 383
- Consuetudo. 384
- Contractus. 386
- Contritio. 391
- Conversi. 294
- Cooperatio. 394
- Corporale. 395
- Correctio fraterna. 396

- Creditor. Vid. *Debita*. 405. Item: *Hypotheca*. Tom. II. p. 67.
- Crimen. Vid. *Impedimentum Criminis*. Tom. II. p. 150.
- Criminosus. 398
- Curator Ecclesiæ seu Oeconomus. 401

## D.

- Dammum & Interesse. 401
- Datum. 404
- Debita. 405
- Debitum conjugale. 414
- Decanus. 430
- Decimæ. 432
- Decollio Aeris alieni. 438
- Delectatio. 440
- Denuntiatio. 442
- Denunciations Matrimonii. 447
- Depositarius. 451
- Depositio & Degradatio. 452
- Depositum. 454
- Deputatio. 464
- Desiderium. 466
- Detractio. 467
- Devolutio. 473
- Dignitas ecclesiastica. Vid. *Archidiaconus*. 95. *Decanus Scholasticus*. Tom. III. p. 105. 430. *Pœnitentiarius*. Tom. III. p. 394.
- Dignitas secularis. 476
- Dimissoria. 476
- Dispensatio in genere. 481
- Dispensatio in Matrimonio. 484
- Dispensatio in Irregularitate. 505
- Dispensatio in Juramento. 515
- Dispensatio in Recitatione Breviarii. 516
- Dispensatio in Simonia. 517

- Dispensatio in Suspensione.* 518  
*Dispensatio in Votis in genere.* 519  
*Dispensatio in Votis Religiosorum.* 526  
*Distributiones quotidianæ.* 528  
*Divortium.* 532  
*Doctrinarii.* 541  
*Domestici.* 542  
*Domicilium.* 543  
*Dominicæ & Festa.* 544  
*Donatio.* 352  
*Dos.* 563  
*Dos Monialium.* 571  
*Dubium.* 573  
*Duellum.* 574  
  
**E.**  
*Ebrietas.* 575  
*Ecclesia.* 584  
*Electio.* 589  
*Elemosyna.* 598  
*Elemosynarius.* Vid. *Simonia.* Tom. III. p. 429. Casu. 7.  
 8. II. 45.  
*Emphyteusis.* 605  
*Emptio.* 606  
*Episcopus.* 617  
*Equites.* 627  
*Eucharistia.* 631  
*Examen.* 631  
*Excommunicatio.* 632  
*Excursor maritimus.* 663  
*Exemptio.* 665  
*Exorcismus.* 665  
*Extrema Unctio.* 667



( )

## DICTIONARIUM CASUUM CONSCIENTIÆ.

## A.

## ABBAS.

**L**icet varie olim Nomen *Abbatis* fumeretur, & id sibi Principes etiam ac Superiores laici usurparint, communiter tamen sub eo veniebant illi, qui monasteriis præerant. Hinc *proprie loquendo* & in sensu Juris Canonici Abbas dicitur ille, quem Religiosi in Abbazia quadam suffragium habentes Superiorem ac Patrem spiritualement sibi eligunt, eique utpote per solemnem professionem votis adstricti obedire tenentur in omnibus, quæ regularem disciplinam concernunt.

2. Dixi, *proprie loquendo*, ne scilicet Abbates ejusmodi confundantur cum illis, qui *Commendatarii* nuncupantur, quosque intra sex menses a die, quo Abbazia vacare cœperit, computandos Papæ nominandi jus penes Regem est. Hi ratione tituli sui unam Abbatiæ reddituum partem tertiam absque scrupulo sibi vendicant, aut etiam duas partes tertias cum obligatione tamen loca regularia facta tectaque conservandi, residua parte tertia sustentationi Religiosorum assignata.

3. Quilibet Abbas Regularis in Religiosos sui monasterii jurisdictionem habet; nullam vero *Commendatarii*, qui nec novitios recipere ad professionem possunt, nisi sint Cardinales.

Abbatiz Flandriæ & Artesiæ sunt regulares, & electivæ; confirmaturque electio a Superiore Ordinis, a quo dependent, quandoque etiam ab Episcopo loci. In Gallia Abbatiæ & monasteria ordinum primaria, eligendi jus habent.

Abbatibus regulares, sive sint triennales, sive perpetui, presbyteri esse debent, id quod de Abbatibus etiam *Commendatariis* dicendum, nisi Pontificiam super hoc dispensationem obtineant.

CASUS I. Alexius ordinis cujusdam reformati Religiosus dignitateque Abbatiæ dignissimus a Communitate quadam, in qua alia viget regula, diversusque ab ordine Alexii  
*Dist. Cas. Conf. Tom. I.* A geka-